

Dñica in Septuagesima

uari si vellent et nolunt accusando diuinam predestinationem dicentes. q non potest deficere curta men non cogat aliquem nec auferat liberum arbitrium sicut mea scientia et visio q estis hic non cogit vos esse hic. De hoc auto. Eccl. xv. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui adiecit mandata et precepta sua. Si voluerit mandata suare. seruabunt te. apposuit tibi ignem et aquam ad quod volueris porrigere manum. Ante hominem vita et mors. bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi etc. Si dicatur. si illud quod placet homini datur. ergo omnes ibimus ad paradysum. quia omnes volumus ire illuc. Responsio hoc nego. quia licet verbo omnes velint saluari. non tamen opere seu defacto. sicut dicit illo qui dicit se ire bunnam et recipit viam nuscie etc. Sic superbus verbo dicit se ire ad paradysum. sed defacto recipit viam inferni. et sic de alijs. unde non dicit voluntas sed velletas ut dicit sanctus Thome. Ideo apostolus. hoc bonum et acceptum coram saluatore nostro iesu qui vult omnes homines saluos fieri. i. ad Timotheum. ii. sed homines nolunt saluari. et licet voluntas dei sit efficacior. tamen non vult cogere aliquem ut vadat ad paradysum. sed dat nobis tribulationes et aduersitates ut peruertamur. Sicut bonus pater qui alapis facit ire filium ad scholas etc. sic deus etc. Patet ergo distinctio vite quod aliqui volunt ire ad paradysum aliqui non. propter quod dixit christus. Multi sunt vocati. pauci vero electi.

De eadem dñica. Sermo. ij.

Quod iustum fuerit dabo vobis. Mat. xx. Pro huius verbi declaratione iuxta intellectum quem volo tractare. Sciendum quod deus in principio fecit creaturas in triplici gradu siue differentia. Quasdam fecit omnino spirituales ut sanctos angelos qui sunt substantie pure spirituales. De quibus ps. ciiij. Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos ignem videntem etc. Apostolus autem dicit. Qui facit angelos suos flammam ignis ad Hebr. j. Quia ad instar flamme angeli semper tendunt sursum ad deum. quia nullum habent retractorium siue retardatiuum sicut nos retrahit corpus. Sap. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Iohannes christus Lu. vlti. Spiritus carnem et ossa non habet. In angelis enim non est materia proprie ut dicit sanctus Thome. j. parte. q. l. arti. ij. et j. scrip. dist. viij. et ij. dist. ij. et in multis alijs locis. Idem dicit ut in depotentia. et in quolibetis quolibeto. ij. et viij. et in summa contra gentiles. hoc idem dicit Dionysius. iij. c. de diuinis nominibus. quod prime creature sicut incorpales ita et materiales intelliguntur. Huius veritatis contrarium auicebron auctor libri fontis vite asseruit et irrationaliter. Quis er-

rorem sanctus Thome. ibi supra. efficaciter confutat scz in. j. parte. q. l. arti. ij. in corpore arti. Secundus gradus creaturarum est omnino corporalius ut sunt animalia irrationalia que sunt corruptibilia non solum quantum ad corpus. sed etiam quantum ad animas eorum que educuntur de potentia materie. Gen. j. Producat terra animam viuentem dixit de quo voluit facere animalia. Ideo totum moritur. Pro dicti intelligentia. Nota quod anima brutorum siue sensitua non est subsistens. ut dicit sanctus Thome. j. parte. q. lxxv. arti. ij. per totum et nullo modo est hoc aliquid. ac nullam habet per se operationem et traducitur cum semine et non est per creationem qua etiam ex causa anime brutorum desinit esse corpore corrupto. Auctoritas. Cuncta suple animalia subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum. de terra facta sunt et in terram pariter reuertuntur. Eccl. ij. Et sicut angeli omnino tendunt sursum ad deum. per oppositum animalia tendunt deorsum ad terram quia nihil habent spirituale. Tertius gradus creaturarum quasi epilogo est homo qui est compositus de materia corporali quantum ad corpus in quo est similis iumentis et spiritua li quantum ad animam in qua est similis angelis. quoniam anima rationalis non educitur de potentia materie. Ideo est immortalis ut angeli. Quia anima rationalis sit incorruptibilis probat sanctus Thome. j. parte. q. lxxv. arti. vj. et ij. dist. xix. arti. j. et ij. contra gentiles. c. lxxviij. et lxxix. Gen. ij. Formauit deus hominem de limo terre quantum ad corpus. et inspirauit in faciem eius spiraculum vite quantum ad animam. ac si angelus a deo mitteret in corpore deluto formato ut ipsum regeret et gubernaret. id quantum ad corpus moritur homo ut iumentum. Eccl. ij. Unus est interitus hominum et iumentorum quantum ad corpus. ut dicit sanctus Thome. j. parte. q. lxxv. arti. vj. in solutione ad primum. sed anima est immortalis et quantum corpus moritur anima vadit ad deum reddere rationem. Reuertatur puluis ad terram unde erat et spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Eccl. vlti. Sicut miles cui rex commisit castrum in medio inimicorum. quod si bene custodierit castrum premiabitur a rege. aliter punietur. Sic corpus ad instar castrum consistit in medio inimicorum in quo deus mittit spiritum tanquam militem ad custodiendum ne per portas sensuum corporaliu intrent inimici. quod si bene custodit premitur in morte alias punietur tanquam peccator et peccator. Apostolus. Statutum est omnibus hominibus semel mori. quantum ad corpus. et post hoc iudicium quantum ad animam ad Hebr. ix. in quo iudicio datur rationem de gubernatione corporis. De quo iudicio dicit christus in themate. Quod iustum fuerit dabo vobis. i. in illo iudicio. patet thema Scd Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda. tres sunt gradus decedentium siue morientium.

Quidam sunt boni perfecte.

Quidam sunt mali peruerse.

Quidam sunt boni mediocriter. Cuiuslibet istorum dicit christus in themate. **Q**uod iustum fuerit dabo vobis. **D**ico primo quod de morientibus quidam sunt boni perfecte. sicut sunt persone que licet peccauerint aliquando tamen prope redierunt ad deum pervertunt de peccatis penitent non solum in anno sed in hebdomada etc. et sic de alijs bonis. **I**nter quos si eorum mala et peccata ponerent in statera diuine iusticie et bona in alia. multo plus ponderaret bona quam mala. tales dicuntur boni perfecte. quibus dicit christus. **Q**uod iustum fuerit dabo vobis. **Q**ui quoniam tales decedunt statim datur illis christus gloria paradysi sine purgatorio quia iam habuerunt hic purgatorium. **A**uctas. **S**i impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est et fecerit iudicium et iusticiam vita viuet et non morietur. **Ezech.** xviii. **N**ota si impius. id est pessimus et abominabilis peccator penitentiam egerit de omnibus peccatis suis saltem mortalibus que penitentia sunt nec unius sine alterius sit remissio. ut dicit sanctus **Thom.** in prima secunde. q. lxxviii. arti. i. et iii. dist. xvi. q. ii. arti. i. q. ii. et custodierit omnia precepta mea. scilicet in voluntate proponendo custodire. **A**ntea dicit philosophus quod recessus a termino a quo. scilicet a peccatis est accessus ad terminum ad quem. scilicet bona opera. et fecerit iudicium. scilicet in confessione. solum confessor debet sedere. reus est peccator ideo debet se accusare seruata veritate. et fecerit iusticiam. scilicet seruando penitentiam iniusticiam. vltra viuet. et omnium iniustitiarum eius quas operatus est non recordabor. scilicet ad puniendum. **Ezech.** xxxiii. **O**mnia peccata eius que fecit non imputabuntur. scilicet ut puniantur iterum sed quod iustum fuerit dabo vobis quantum ad gloriam. **Q**ualiter autem datur gloria personis perfectis et bonis libi declaratur per quendam auctorem allegorice sumptam **Exo.** xxiii. **E**cce ego mittam angelum qui precedat te et custodiat te in via et introducat in locum quem prepaui. **D**octrina est theologie quod angelus malus venit in morte cuiuslibet etiam in morte christi venit lucifer qui volens capere animam christi posuit se in brachio crucis. sed a christo captus fuit et ligatus in inferno usque in finem mundi. hoc dicit expresse **Beda** super tobiam. c. vi. vbi dicit quod tobias exiuit ut lauaret pedes suos. et ecce piscis imanis exiuit ad deuorandum eum. sed apprehendit branciam eius et attraxit eum in siccum etc. **E**t exponit ipse de morte christi. quia tunc christus lauit pedes peccatorum et exiuit piscis imanis. scilicet diabolus. sed apprehendit branciam eius potestate pristinam diripiendo. **D**e hoc dicit christus. **V**enit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam **Joh.** xii. **E**x hoc habet doctrina clara quod diabolus venit in morte cuiuslibet. **A**b hoc fuit exempta sola virgo maria de gratia speciali **I**deo christus mittit in morte angelum bonum. **Joh.** dicit. **E**cce ego mitto angelum qui precedat te. scilicet egredientem de corpore qui ponit se ad dexteram

Persona autem si sit bona et perfecta statim sentit ibi presentiam boni angeli licet ipsum non videat quia caro impedit sed anima a carne separata statim videt ipsum et cognoscit. **E**t angelus malus stat ad sinistram qui reprehendit a bono dei. **Q**uid vis tu hic. **R**espondit. **S**pero etc. **I**deo do vobis optimum consilium faciendi orationem angelo custodienti quolibet die. **P**ro dicti intelligentia nota quod dicit sanctus **Thom.** i. parte. q. lxxxix. arti. ii. quod anime separate cognoscunt se mutuo et angelos. diues enim in inferno positus vidit lazarus et abraam. **E**t si loquamur de naturali cognitione anime separate tunc habet perfectam cognitionem de alijs a se separatis sed de angelis imperfectam et deficientem. **C**uius rationem sanctus **Thomas** ibi supra assignat. quia modus anime separate est infra modum substantie angelice sed est conformis modo aliarum animarum separatarum. modo sic aliquid intelligit per se est in intelligente. est autem aliquid in altero pro modo eius in quo est. igitur anima separata habet perfectam noticiam de alijs animabus separatis et imperfectam et deficientem de angelis. loquendo de cognitione naturali anime separate. **D**e cognitione autem glorie est alia ratio. **E**t dicit sanctus **Thom.** in solutione ad primum quod anima separata quamdammodo est liberior ad intelligendum quam conuicta in quantum per grauedinem et occupationem corporis a puritate intelligentie impeditur. et ideo separata cognoscit angelos sed non conuicta. **S**ecundo dicit. et custodiat te in via. scilicet ab huc usque ad celum que est via longissima. **E**t per doctrinam comunem demones sunt in media regione qui erunt ibi usque ad iudicium custodientes passum qui sunt ut athomi in radio solis. **I**deo anima indiget custodia et securitate angeli boni **D**e hoc dicit **David.** **A**ngelis suis deus mandauit de te ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ne forte offendas ad lapidem. id est duriciam malorum spirituum. ps. xc. **P**ro dicti intelligentia nota per sanctum **Thom.** i. parte. q. lxxviii. arti. iiii. quo querit utrum aer iste sit locus penalis demonum. quod demonibus duplex locus penalis debetur. scilicet aer caliginosus causa exercitandi homines usque ad diem iudicii. et infernus ratione culpe et pene. verum etiam eorum aliqui nunc in inferno sunt ad extorquendum eos quos ad malum induxerunt. sicut et aliqui boni angeli sunt cum animabus sanctis in celo. **S**ed post diem iudicii omnes mali tam homines quam angeli in inferno erunt boni vero in celo. **H**ec sanctus **Thomas** vbi supra. **T**ertio dicit. et introducat ad locum quem prepaui. **D**e quo dicit christus apostolis. **V**ado parare vobis locum **Joh.** xiiii. **P**ortarii qui custodiunt portam sunt michael pro angelis et b. petrus pro hominibus et angelus introducit animas sanctas. **C**ui fit ma-

Dñica in Septuagesima

gnium gaudium in qualibet platea angeloz. **I**ohannes christus dicit. Factum est ut moreretur mendicis et portaretur ab angelis in synu abrahe Luce. xvj. **N**ota ut portaretur ab angelis. Qualis honor est anime ita coronari a papa iesu. **A**utoritas Sap. v. Iusti impetuum uiuent et apud dominum est merces eorum. id est accipiet regnum decoris et dyadema speciei de manu domini. ergo quod iustum fuerit ego dabo uobis. quoniam iusticia magna est et ex quo homo se dat ad seruendum deo quod ipse det homini suam gloriam. **D**ico secundo. quod quidam sunt mali puerse sicut illi qui sciunt tenere malam vitam pleni superbia pompa et uanitate. **I**dem de alijs peccatis que oculis apertis uadunt ad infernum et nolunt uerti nec redire ad deum. tales quoniam moriuntur in puncto descendunt ad infernum tam graue est onus peccatorum quibus grauantur. **J**ob. xxj. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. **E**ccequare dicit quod iustum fuerit dabo et. **G**reg. Ad magnam iusticiam omnipotentis dei pertinet ut nunquam in alia uita careat supplicio que in hac uita noluit carere peccato. **Q**uestio diceret aliquis non uideretur iusticia que pro peccato temporalis uel momentaneo homo puniatur eternaliter. sed iusticia esset si tantum pro tanto. **I**uxta illud pro mensura peccati erit plagarum modus **Deut. xxv. Item Apo. xvij. Et** uis glorificauit se et in delictis fuit tantum date illi tormentum et luctum. **Q**uod ergo erit iusticia que puniantur sine fine non est sibi tantum et quantum. nunquam sufficeret que si per diem peccauit quis que pro diem puniatur. si pro mensem. pro menses. si pro annum et. **R**esponso illa ratio procedit ex ignorantia uel ex inaduerfentia supponeret que quoniam peccator moritur que peccatum finiat. imo tunc magis in peccato obstinat uel confirmat. **E**t quia illa obstinatio durabit eternaliter in peccatore. ideo etiam pena erit eterna. **Q**uia diu anima est iuncta corpori recipit conditiones corporis et corpus etiam recipit conditiones anime. **C**orpus recipit ab anima ut loquatur rocinet operetur ambulet et. quia corpus de se nihil bonorum posset facere. anima autem recipit a corpore a uariabilitate et mutabilitate. quia sicut corpus mutat et alterat leuiter. sic etiam et anima. quia bonum homo et sanctus potest mutari et effici malus et e conuerso. **Sap. ix. Corpus quod corrumpit aggrauat animam. sed in morte quoniam corpus et anima separantur corpus remanet ab una parte et perdit conditiones quas receperat ab anima. et anima ab alia parte perdit conditiones quas recepit a corpore et effici inuariabilis et inmutabilis quia non potest mutari de gratia ad culpam nec e conuerso. **U**n si anima damnata posset habere tantam perturbationem sicut granum synapis saluaret. sed impossibile est. quia est obstinata in malicia et peccato. ideo pena est eterna. **N**ota que peccatum angeli est irremediabile ut dicit sanctus Thomas. i. pte. q. lxvij. arti. iij. in corpore. et. iij. di. vij. q. j. ij. **I**tem. iij.**

di. j. q. j. arti. ij. scdm. **I**tem de ueritate. q. xx. llij arti. x. et de malo. q. xvj. qntu. **S**imiliter et peccatum damnatarum aiarum est irremediabile. **T**res enim causas obstinationis demonum ubi. s. in de ueritate assignat. **N**otat insup sanctus Thomas. in de ueritate. q. xliij. arti. vij. in solutione ad sextum quod duplex est obstinatio. scilicet. scdm quid et simpliciter. **P**rima est in hac uita. **S**ecunda uero in damnatis tantum. **I**dem dicit ibi. s. q. xliij. arti. xj. **I**tem damnati non penitent de malis que fecerunt ratione culpe sed ratione pene ut dicit sanctus Thomas. iij di. xliij. q. j. arti. iij. q. iij. et q. ij. arti. j. q. ij. **E**t id estiam iusto dei iudicio pena damnatorum erit eterna siue perpetua. **N**ota ad hanc similitudinem de duobus raptotibus quos dominus uult corrigere et. **I**dem de anima quoniam sentit primum ictum pene obstinatur in malicia et. **A**po. xvj. **E**stuaueit homines estu magno et blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem sup has plagas neque egerunt penitentiam ut darent illi gloriam. **I**deo christus **Mat. xxv. I**unt hi. scilicet mali et peruersi in ignem eternum. **I**usti autem in uitam eternam. **D**e quibus dicit scriptura **Eccl. xj. Si** ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem in quocumque loco ceciderit ibi erit lignum siue arbor. i. homo. **Marci. viij. U**ideo homines ut arbores ambulantes. **P**rima dieta est florere per bonas cogitationes. **S**ecunda folia facere per bona uerba. **T**ertia fructus producere. **D**e quibus **Lu. iij. christus** dicit **F**acite fructus dignos penitentiae. **H**ec arbor scinditur in morte securi mortis. **Mat. iij. I**am enim securis ad radicem arboris posita est. **S**i ceciderit ad austrum quod significat statum gratie propter caliditatem deuotionis et humilitatem diuine gratie ibi erit scilicet eternaliter. **S**i autem ceciderit ad aquilonem quod significat statum culpe et peccati mortaliter propter frigiditatem. ibi erit scilicet eternaliter. ergo quod iustum fuerit dabo uobis. **T**ertio dico que quidam sunt boni mediocriter. quia non est homo qui non peccet. **Eccl. vij. Sed** pro tempore redeunt ad deum propter peccata sed non tantum quantum magdalena. tamen ex quo fit contritio non est sine gratia gratum faciente. **S**ed penitentia est parua respectu peccatorum que fecerunt. tales quando decedunt non uadunt statim ad paradysum quia non sunt boni perfecte. nec uadunt ad infernum quia non sunt peruersi sed descendunt ad purgatorium quod est in corde terre. **I**deo quod iustum fuerit dabo uobis dicit christus. quia ibi complent penitentiam. **D**e hoc inquit dauid ps. x. **Q**uoniam iustus dominus et iusticias dilexit equitatem uidit uultus eius. **N**ota equitatem scilicet culpe et pene et e conuerso. et completa ibi penitentia ascendunt ad celum. **N**ota similitudinem de argentario qui nunquam ponit in opere aurum et argentum. nisi fuerit primo purificatum in fur-

nello. Sic nec deus optimus argentarius nū
q̄ ponit in opere paradysi aurum nec argen-
tum. s. christianos qui dicunt aurum ppter gra-
tiam charitatis quam habent et argentum ppter
claritatem fidei nisi purificent primo in camino pur-
gato. ij. Eccl. ij. Igne purgat. i. purificatur auz
et argentum homines nō receptibiles in camino
hūiliationis. Nota receptibiles. s. passiuē vt re-
cipiantur in celo ex quo i gratia decesserūt. Apo-
stolus. Gratia dei vita eterna. vel receptibiles
actiue. quia sunt apti recipere nostra suffragia.
que intm possent a viuis iuari q̄ minuis tem-
pus et pena. Sed illi de inferno non sunt recepti-
biles nec actiue nec passiuē quia sunt tanq̄ mem-
bra absca et putrida a corpore ecclesie. Ecclesia
enim est vnū corpus. cuius oculi sunt speculati-
ui. aures iudices. nares qui sentiunt odores vir-
tutum christi et sanctorū sunt deuoti. os sacerdo-
tes qui comedunt sacramenta altaris et loquun-
tur laudes dei. guttur sunt p̄dicatores quo cib⁹
spiritualis animarū transit ad nos. brachia de-
fensiuā sunt domini tpales. vterus diuites mer-
catores. tibie et pedes tangentes terram qui su-
stinent totum corpus sunt labratores ad Ro. xij
Sicut in vno corpore multa membra habemus
oia autem membra non eundem actum habent
ita multū vnū membrū sumus in christo singuli
autem alter alterius membra et c. Dic quōd quan-
do dicitur aliqua missa vel datur elemosyna p
ainma in purgatorio existēti que pro illa est. sta-
tim illa anima sentit refrigeriū et omnes in pur-
gatorio illi⁹ misse participes efficiuntur et si illa
anima pro qua dicitur non indiget statim reuer-
titur ad nos meritum et c. ps. Oratio mea in sy-
nu meo reuertetur. Quisent seculares primo ne
in missa faciant precium et c. secūdo vt querāt bo-
nos sacerdotes. Grego. Cum is qui displicet ad
intercedendū mittitur. irati animus ad deterio-
ra prouocatur. Sancta ergo et salubris est cogi-
tatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluan-
tur. ij. Machab. xij. Dic contra illos qui nō cō-
plent testamēta et c. Au. xvij. Nunquid vindi-
ctam faciet deus electorum suorum clamantium
ad se die ac nocte et patientiā habebit in illis. di-
co vobis quia cito faciet vindictam illorū. et. xij
q. ij. Qui oblationes defunctorū aut negāt aut
difficulter reddunt tanq̄ egentū necatores ex-
cōicef. Et. xij. q. ij. Qui abstulit aliquid p̄ri vel
matri. dicetq̄ hoc p̄ctm non esse homicidij par-
ticeps est. De eadem dñica. Sermo. iij.

Dea operarios

et redde illis mercedem Matth. xx.
Inter omnes dñicas totius anni ista
est de maiorib⁹ et sensibili noie vocatur septua-
gesima. Ratio. quia modo appropinquat temp⁹
penitentie. s. q̄dragesima que consistit in septem

hebdomadis. in qua peccatores faciunt p̄ntam
per septem opera penitentialia de septem peccatū
mortalibus pro obrinendis septem donis spiri-
tualiū et septem b̄itudinib⁹ paradysi. Ecce q̄
re dicitur septuagesima. Et d euāgelio hui⁹ erit
sermo. sed primo salutē virgo maria. ¶ Uoca
oparios et c. In isto euāgelio hodierno p̄tinent
multa et magna secreta et difficultates que nō pos-
sunt in vno sermone declarari. Ideo modo solū
volo declarare p̄icta p̄ncipalia que sunt duo. s.

¶ Primus de vocatione temporalī.

¶ Secundus de retributione eternalī.

De sc̄do dicit thema. et est verbu⁹ dei patris ad
filium eius iesum christum loquēs de iudicio ge-
nerali di. Uoca oparios et redde illis mercedem.

¶ Dico primo q̄ primus punct⁹ erit de vocatione
temporalī quōd deus vocat aliquos ad se per bonā
vitam et p̄ntiam in hoc mūdo s̄m q̄ ipsemet de-
clarat in euāgelio hodierno p̄ talem similitudi-
nem di. q̄ erat quidam pater familias qui habe-
bat q̄ndam notabilē vineam ppter quam volēs
conducere oparios surrexit māt. et hora prime
exiit in platea et p̄duxit oparios quibus p̄mi-
sit singulos denarios argenti et misit eos in vi-
neam suam. Egressus circa horaz tertiam vidit
alios stantes in platea vel foro ociosos et illis di-
xit. Ite et vos in vineam meam. et q̄ iustum fue-
rit dabo vobis. Item exiit circa sextam et nonaz
horaz et fecit similit. Circa horaz nō vndecimā
exiit que est inter vespas et completoriū et inue-
nit alios stantes quibus dixit. Quid hic stat⁹ to-
ta die ociosi. dixerūt ei. quia nemo nos p̄duxit.
dixit. Ite et vos in vineam meam. Hic ostendit
vocationē tpalis. sed oportet p̄tus tria declarare
anteq̄ intremus materiam.

¶ Primo quis est iste pater familias.

¶ Secundo que est ista vinea.

¶ Tertio que sunt iste hore prime tertie et c.

Nota q̄ hoc nomen p̄familias est ḡti casus s̄m
declinationē grecam. et numeri singularis. Iste
ergo pater familie. s. christiane est solus deus q̄
solum christiani dat hereditatē paradysi. Isto
modo nō dicit pater iudeorū agarenorū nec alio-
rum infidelū Ideo nō dicit pater familias i plu-
rali sed pater familie. scilicet christiane quam ge-
nuit in baptismo in vtero sponse sue. scilicet ec-
clesie. et christiani tanq̄ filijs dat suam heredi-
tatem. quibus dicit ipsemet. Omēs vos fratres
estis. vnus est enim pater vester qui in celis est.
Matth. xxij. Vineā huius patris familie est vi-
ta spiritualis sancta et deuota per ipsum valde
dilecta que habet tot vites quot religiosos qui
tenent vineam et non agrum. duplici differen-
tia que est inter agrum et vineam. Prima q̄ vi-
nea indiget maiorī cultura et cura q̄ ager. Sc̄da
quia vinea indiget clausura siue bardica et ager
non. Sic etiā vinea spūal que ē vita religiosorū